



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus Historico-Juridicus De Præcedentia Controversa
Monachos Benedictinos Inter Et Canon. Regulares S.
Avgvstini**

Stolte, Benedict

Erfordia, 1730

VD18 1179271X

Approbationes Colonienses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64547](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64547)

APPROBATIONES COLO-
NIENSES.

I.

PRæsens *Tractatus Historico - Juridicus*
de Præcedentiâ controversa BENEDICTI-
NOS *inter* S. *Canonicos Regulares, Ord. S. Au-*
gustini, methodô terè Scholasticâ eruditif-
simè concinnatus ab Adm. Rdo & Doctif-
simo Patre BENEDICTO STOLTE,
Ord. S. Benedicti, celeberrimæ Abbatiaë
ad Stm Michaëlem inclytæ Congregatio-
nis Bursfeldensis Hildesii Professô, Philo-
sophiæ ac SS. Theologiæ Lectore Ord-
inariô, nec non Examinatore Synodali &c.
ex nostrâ, tanquam Ordinarii Censoris Li-
brorum autoritate examinatus, ac per in-
fra scriptos Eximios & Eruditissimos Vi-
ros diligenter perlectus, & discussus, Or-
thodoxæ Romanæ fidei, & bonis mori-
bus consentaneus, & dignus imprimis di-
gnoscitur, Quod utiliter Typis publicis de-
mandetur. Signatum Coloniaë 29nâ
Octobris 1730.

JOANNES NEVMANN, J. V. D.

Per. Insign. Collegiat. S. Severini, & Archidia-
conalis S. Cuniberti Can. & ad SS. Apost. De-
can. Proto-Not. Apostol. Ser. Princ. El. Col.
Confil. Eccl. ac per Archi-Diœcesin libro-
rum Censor Ordinarius mppr.

II.

TRactatum *Historico-Juridicum de Præcedentiâ Controversâ* BENEDICTINOS *inter* & *Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini*, methodo ferè Scholasticâ doctissimè concinnatum ab Adm. Rdo & Eruditissimo Patre BENEDICTO STOLTE, O. S. Benedicti, Florentissimæ Abbatix ad S. Michaëlem, Inclytæ Congregationis Bursfeldensis Hildesii Professô, & SS. Theologiæ ac Philosophiæ Lectore Ordinariô, nec non Examinatore Synodali &c. nil aut fidei Orthodoxæ, aut bonis moribus contrarium continere, sed diligenti Læctione, atque examine bonum, utilem, & pro charitativâ, debitâquè defensione aptum, prælo etiam dignum judicamus. Signatum Coloniae ad S. Augustinum die vigesimâ secundâ Mensis Septembris 1730.

F. HENRICVS HARGARDT,

Ord. Erem. S. P. Augustini SS. Theol. Doct.
& Professor Publ. Exam. Synodalis, & Provinciae Coloniensis Provincialis mppr.

F. FRANCISC. NEWSORGE,

Ord. Erem. S. P. Augustini SS. Theol. Doct.
ejusdemquè Profess. Ord. & Publ. Prov. Coloniens.
Diffinit. Conventus Coloniensis
p. s. Prior mppria,

III.

ET si quidem ego in materia inter Religiosissimos PP. BENEDICTINOS & Canonicos Regulares S. Augustini controversâ libentius abstractivè me habuissem, quippe, qui utrumque prælaudatum Ordinem impensè diligo, atque ob insignia in Ecclesiâ merita, ac singularem Fidei Orthodoxæ splendorem & emolumentum ab eis emanata, magnopere veneror; tamen, cum decenter requisitus fuerim pro approbatione libelli cujusdam intitulati: *Tractatus Historico-Juridicus de Præcedentiâ controversâ BENEDICTINOS inter & Canonicos Regulares S. Augustini* à R. P. BENEDICTO STOLTE, Ord. S. Benedicti ad S. Michaëlem Hildesii Profess. ibidemque SS. Theol. & Phil. Lect. concinnati, id genus officii declinare haudquaquam potui, unde fatum libellum diligenter & accuratè perlegendo, nihil in eodem deprehendi, quod sit contra Fidem, aut bonis adversetur moribus, quin imò quod egregiè demonstret, ac tueatur jura & Præcedentiam Ordinis S. BENEDICTI: quocirca eundem, ut beneficio typi ad plurimum deveniat manus, dignum esse censeo. In Carmelo nostro Colon. A. 1730. d. 26. Septembr.

F. Vitus à Matre Dei Ord. Carmelit. SS. Theol. D. & Prof. Ord. ac Publ. Exprovinc. & Carmeli Colon. Prior mppr.